



Modvs Frvctvose Celebrandi Missam

**Giustinelli, Pietro
Belli, Domenico**

München, 1649

Maxima vtilitates, qua percipiuntur ex Meditatione Christi Domini nostri
Paßionis.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55294](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55294)

Maxima Utilitates, quae percipiuntur ex Meditatione Christi Domini nostri Passio-

nis.

VT intelligat, quantum animæ conducat & proficiat, supradicto modo facere memoriam Mysteriorum, Vitæ, Passionis & Mortis nostri Saluatoris, assignabo hic maximas quasdam utilitates, cuiusdam suo amico reuelatas. Refert ergo illuminatissimus Doctor Ioannes Thaulerus. Quod cum quidam Dei famulus sciscitaretur à Domino, quasnam utilitates reciperet anima ex deuota suæ Passionis consideratione, respondit Dominus,

no-

nouē illis ex tali consideratione provenire commoda sequentia.

Quorum primum, quod ex tali consideratione à suis peccatis mundetur anima, & totum quod sua negligentia perdiderit, meritorum Passionis recuperetur virtute.

Secundum, quod tali consideratione contra omnes suos confortetur inimicos, vt nullam de illo possint reportare victoriam.

Tertium, quod hoc modo exercendorum bonorum operum virtutumque acquirat fortitudinem.

Quartū, Quod etsi brevissimo tempore in Passionis Dominicæ versetur consideratio-

tione : semper tamen , in illo
mea renouatur gratia.

Quintum, Quod qui deuorè
Passionis meæ facit memoriã,
lubens cum tali maneat.

Sextũ, Quod tali mea reue-
lam secreta, à meo æterno mi-
hi manifestata Patre.

Septimum, Quod ante eius
morrem illum conducam ad
perfectionem, & post mortem
inter meos eum annumerabo
Electos.

Octauum, Quod non nega-
bo illi aliquid , quod seriò &
rationaliter à me petierit.

Nonum, Quod mortis suæ
tempore illi assistam , ab om-
nibus suis hostibus defen-
dam , & suæ salutis securum
reddam.